



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1693


Privilegium V. Monasterium facit irregularitatem contractam ex Ordinibus
furtive susceptis dispensabilem per Abbatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

igionis, Barb. ad d. c. 1. n. 2. *vers. deinde col- liges.*

2. II. Nonnulli cum Fr. Emmae. 99. *Regul. tom. 1. q. 13. art. 4.* & Roderiq. *in compend. 99. Regul. resol. 76. n. 7.* asserunt, irregularita- tem non solum tolli per professionem, sed etiam per solam susceptionem habitus religiosi, adeo- que professione etiam non secuta, vel annullata, sublatam tamen censeri irregularitatem, sicut de illis, qui ex Societate Jesu post simplicita vo- ca edita dimissi ab ijsque absoluti sunt, docet Sanchez. *in precept. Decali tom. 2. lib. 5. c. 3. n. 14.* Istam sententiam non impugno, quia Privilegium Religionis est a nominatis DD. tra- ditum; & juyari potest ratione, quod jura non expresse requirunt professionem, aliunde autem confet, quod appellatone Monachi vel Reli- giosi in favorabilibus quandoque veniant No- vitij, ut quoad Privilegium Canonis & fori. Nec approbo, quia displicet multis DD. cita- tis a Barb. d. c. 1. n. 2. videtur enim non gau- dere favore Religionis, qui eam deserit, nec Re- ligiosus aut Monachus esse cum effectu, qui Professionem non fecit. Valeat proinde hac sententia apud Episcopos ordinantes quantum valere potest, fortassis huc accommodare lice- bit illam doctrinam, quam tradit Garg. *de be- nef. p. 7. c. 2. n. 10. Sa. V. dispensatio n. 1. Laym. in Th. Mor. de legibus a. 22. n. 4.* quod scilicet Episcopus possit in jure dubio in gratiam alicujus dispensare, aut certe declarare, atque alterutram sententiam amplecti.

Illud quoque his admonendum est, quod quidem Sixtus V. illegitimis prohibuit Re- ligionis ingressum, & ita hoc privilegium quasi irritum fecerit, attamen Greg. XIV. eam Sixti constitutionem per Bullam *Circumspectis Roma- ni &c.* revocaverit.



PRIVILEGIUM V.

**Monasterium facit irregulari-
tatem contractam ex Ordini-
bus furtive susceptis dispensabi-
lem per Abbatem.**

- 1. Ordines furtive suscipiens est irregularis.
- 2. Quando dicantur Ordines furtive suscepti.

Quamvis in irregularitate per se Summa Pontificem ordinare nemo dispensare
leat c. 1. de Sent. & rejud. in 6. favoratum
Religionis est constitutum, ut si quis foris
Ordines susceperit, idque Ordinatus sub irre-
gularitate anathematis prohibent, tunc potest
nec in susceptis ministrare, nec ad aliam potest
promoveri; sed si Monasterium in quibus
concedatur non tantum Episcopo, sed etiam
Abbati cum eo dispensate, c. 1. 2. & 3. de
qui furr. ord. susc.

Dicitur autem furtive quis Ordines suscipere
quatuor modis: I. Quando sine contenta Episco-
pi aut Examine in numerum ordinandorum co-
reptit. II. Quando prater minores ordines etiam
die etiam Subdiaconatum accipit. III. Quando
quis ea dem die ad duos factos Ordines suscipit.
IV. Quando per saltum, id est, amittendo
Ordinem, v. g. Diaconatu ad Presbyteratum pro-
moveretur. Vall. d. 1. n. 1.

ADNOTATIO.

Adnum, 1. Hodie in irregularitate dispensat
Episcopus, si oriatur ex defecto occulto, ut
Ordinum furtiva suscepcio occultis sit, ut
de Refor. c. 6. & ibi Barb. in collat.



PRIVILEGIUM VI.

**Monasteria sunt exempta
solutione decimarum de Novitiis
ac de Hortis, quos ipsa colunt, et
animalibus que nutriunt.**

- 1. Per specialia privilegia immunitatis ipsa exempta
extenditur.
- 2. An habentes generalium communicationum
privilegiorum participant etiam privilegio
exemptionis de decimis.

Privilegium istud in Jure communi extra
bus Monasterijs & Religiosis concessum
c. ex parte 10. de Decim. Extra jus communi
autem per speciales Bullas multi Ordines Re-
ligiosorum sunt exempti non tantum in No-
vitiis, sed etiam quibus in quocumque loco
sunt & imperialibus colunt. Sicut de Religio-
Congreg. Cassin. Camaldulensibus, Pictavi-
cotibus, Carthusianis & aliis attestatur Bona-
d. c. ex parte 5. Utrum autem habentes gene-
ralia

ENGEL

III